

produire ; mais qu'elle est véritablement perdue sans sa faute, et qu'il lui est impossible de la produire. S'il prête un tel serment, qu'il ne soit point forcé de la montrer ; s'il refuse de prêter ce serment, nous ordonnons que cette pièce soit censée fausse et n'ait aucune autorité contre celui contre qui elle a été produite, et qu'elle soit absolument nulle. Nous ne voulons point cependant que celui qui, comme dans ce cas, a refusé de prêter ce serment, soit condamné à une plus grande peine ; parce qu'il y a des personnes qui, par une certaine délicatesse ne veulent point prêter de serment, même sur une chose véritable. Nous donnons donc la faculté à celui qui attaque la pièce de s'inscrire en faux, tant que la cause n'est pas décidée ; mais si le procès est entièrement terminé et n'est point suspendu par l'appel, ou si on ne peut espérer de le faire revivre par aucun des moyens ordinaires, il est trop dur d'acquiescer des plaintes de cette sorte : car autrement les procès se prolongeraient à l'infini ; on renouvelerait par de telles voies ceux qui sont déjà terminés, et il arriverait le contraire de ce que nous nous sommes proposé.

Fait le 10 des cal. de mars, sous le cons. de Lampadius et d'Oreste. 530.

TITRE XXII.

Ce qui a été réellement fait dans un acte a plus de force que les termes dont les parties se sont servis pour le colorer.

1. Les empereurs Valérien et Gallien à Rufinus.

ON doit dans les contrats, s'attacher plutôt à la vérité qu'aux termes de l'écriture.

2. Les emper. Dioclétien et Maximien, et les Césars, à Sotérus.

Des actes simulés par lesquels il paraîtrait que l'achat a été fait par la

jusjurandum subire minimè maluerit : tunc quasi falsa chartula nullas habeat vires adversus eum contra quem prolata est, sed sit penitus evacuata. Neque enim ulterius pœnam produci contra eos qui non juraverint, volumus : cùm forsitan quidam subtili reverentia tenti, nec verum sacramentum præstare patiuntur. Eandem autem copiam ei præstamus, donec causa apud judicem ventilatur. Si enim jam plenissimum finem accepit, et neque per appellationem suspensa est, neque per solitam retractationem adhuc lis vivere speratur : tunc satis durum est hujusmodi querelæ indulgeri : ne in infinitum causæ retractentur, et sopita jam negotia per hujusmodi vîam iterum aperiantur, et contrarium aliquid nostro eveniat proposito.

Datum 10 calend. martii, Lampadio et Oreste, VV. CC. Coss. 530.

TITULUS XXII.

Plus valere quod agitur, quàm quod simulatè concipitur.

1. Impp. Valerianus et Gallienus AA. Rufino.

IN contractibus rei veritas potius, quàm scriptura perspicitur.

2. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Soteri.

Acta simulata, velut non ipse, sed ejus uxor comparaverit, veritatis substantiam

mutare non possunt. Quæstio itaque facti per judicem vel præsidem provinciæ examinabitur.

Datum 10 calend. maii, CC. Coss.

3. *Idem AA. et CC. Maximæ.*

Emptione pignoris causa facta, non quod scriptum, sed quod gestum est, inspicitur.

Datum calend. maii, CC. Coss.

4. *Idem AA. et CC. Decio.*

Si quis gestum à se, alium agisse scribi fecerit : plus actum, quàm scriptum valet.

Datum 8 calend. decembris, CC. Coss.

5. *Idem AA. et CC. Victori.*

Si falsum instrumentum emptionis conscriptum tibi velut locationis, quam fieri mandaveras, subscribere non relegendem, sed fidem habentem suasit : neutrum contractum (in utroque alterutrius consensu deficiente) constitisse, proculdubio est.

Datum 13 calend. januarii, CC. Coss.

TITULUS XXIII.

De Commodato.

1. *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Sciolæ.*

EA quidem, quæ majore vi auferuntur, detrimento eorum, quibus res commodantur, imputari non solent : sed cum is qui à te commodari sibi bovem postulabat, hostilis incursionis contemplatione periculum amissionis, ac fortunam futuri damni in se suscepisse proponatur : præses provinciæ, si probaveris eum indemnitatem tibi promississe, placitum conventionis implere

femme et non par son mari, ne peuvent porter atteinte à la vérité. C'est pourquoi cette question de fait sera examinée par le juge ou le président de la province.

Fait le 10 des cal. de mai, les Césars consuls.

3. *Les mêmes empereurs et Césars à Maxima.*

Dans une cause où il s'agit de l'achat d'un gage, on doit considérer non ce qui est écrit, mais ce qui a été fait.

Fait pendant les calendes de mai, les Césars consuls.

4. *Les mêmes empereurs et Césars à Décius.*

Si quelqu'un a fait écrire que ce qu'il a fait lui-même a été fait par un autre, on doit s'attacher plutôt au fait qu'à l'écriture.

Fait le 8 des cal. de décembre, sous le consul. des Césars.

5. *Les mêmes empereurs et Césars à Victor.*

Si croyant signer un contrat de louage que vous aviez chargé quelqu'un de faire pour vous, vous avez signé de confiance un contrat d'achat, il n'est aucun doute que l'un et l'autre contrats manquant de consentement, ne soient nuls.

Fait le 13 des cal. de janvier, sous le cons. des Césars.

TITRE XXIII.

Du Commodat.

1. *Les emper. Dioclétien et Maximien à Sciola.*

LES choses qui sont détruites par une force majeure, ne peuvent être aux risques et périls de ceux à qui elles ont été prêtées à titre de commodat ; mais comme vous dites que celui à qui vous avez prêté en commodat un bœuf, a répondu en le recevant des risques de le perdre, et des événemens futurs que les incursions des ennemis faisaient craindre, le président de

de la province, si vous prouvez qu'il vous ait promis une indemnité dans le cas que ces craintes se réaliseraient, le forcera à remplir ses engagements.

Fait le 6 des cal. de juin, sous le cons. des mêmes emper.

2. *Les mêmes emp. à Aulizanus.*

Comme la bonne foi exige que celui qui a reçu une esclave à l'effet de s'en servir pour un travail temporaire, la restitue, il s'ensuit que votre beau-père doit prouver devant le président de la province l'objet pour lequel l'esclave lui a été livrée, afin que celui contre lequel vous suppliez soit forcé de remplir ses engagements.

Fait la veille des nones de novembre, sous le cons. des mêmes emper.

3. *Les mêmes emper. à Sotéria.*

A l'égard de la restitution des choses que vous avez données à votre mari pour qu'il les oblige pour lui, vous pouvez, après que la dette a été payée, exercer contre lui ou ses héritiers l'action du commodat.

Fait le 3 des ides d'avril, sous le même consulat.

4. *Les mêmes emp. et Césars à Faustina.*

On ne peut, sous le prétexte d'une dette, refuser la restitution de ce qui a été donné en commodat.

Fait le 12 des cal. de décemb., sous le même consulat.

TITRE XXIV.

De l'Action pigneratitia, ou à cause de gage.

1. *L'emp. Alexandre à Démétrius.*

LA dette sera diminuée d'une égale quantité à celle que l'on a retirée de l'esclave et des loyers de la maison que vous dites être détenue en gage.

Fait pendant les cal. d'octobre, sous le quatrième cons. d'Antonin, et le premier d'Alexandre. 223.

plere eum compellet.

Datum 6 calend. junii ipsis, AA. Coss.

2. *Idem AA. Aulizano.*

Cum eum, qui temporalis ministerii causa suscepit ancillam, ad restitutionem ejus bona fides urgeat: consequens est socerum tuum hujus rei causa tradidisse ancillam, adito præside provinciæ probare: ut fidem susceptam is, adversus quem supplicas, compellatur agnoscere.

Datum pridie non. novembr. ipsis, AA. Coss.

3. *Idem AA. Soteriæ.*

De restituendis rebus, quas marito obligandas pro se dederas, postquam debitum fuerit extenuatum, commodati actionem etiam adversus hæredes ejus exercere potes.

Datum 3 id. aprilis, ipsis et Coss.

4. *Idem AA. et CC. Faustinae.*

Prætextu debiti restitutio commodati non probabiliter recusatur.

Datum 12 calend. decembris ipsis, AA. Coss.

TITULUS XXIV.

De pigneratitia actione.

1. *Imp. Alexander A. Demetrio.*

QUOD ex operis ancillæ, vel ex pensionibus domus, quam pignori detineri dicis, perceptum est: debiti quantitatem revelabit.

Datum calend. octobris, Antonino IV. et Alexandro Coss. 223.

2. *Idem A. Victorino.*

Creditor, qui prædium pignori nexum detinuit, fructus, quos percepit, vel percipere debuit, in rationem exonerandi debiti computare necesse habet : et si agrum deteriore constituit, eo quoque nomine pigneratitia actione obligatur.

PP. 6 idibus decembris, Antonino IV. et Alexandro Coss. 223.

3. *Idem A. Hermeo et Maximilla.*

Pactum vulgare, quod proposuistis, ut si intra certum tempus pecunia soluta non fuisset, prædia pignori vel hypothecæ data vendere liceret : non adimit debitori adversus creditorem pigneratitiam actionem.

PP. 12 calend. maii, Maximo II. et Eliano Coss. 224.

4. *Idem A. Dioscorida.*

Si creditor sine vitio suo argentum pignori datum perdiderit, restituere id non cogitur. Sed si culpæ reus deprehenditur, vel non probat manifestis probationibus se perdidisse : quanti debitoris interest, condemnari debet.

PP. 13 calend. maii, Juliano II. et Crispino Coss. 225.

5. *Idem A. Trophimæ.*

Quæ fortuitis casibus accidunt, cum prævideri non potuerint (in quibus etiam aggressura latronum est) nullo bonæ fidei iudicio præstantur : et ideò creditor pignora, quæ huiusmodi casu interierint, præstare non compellitur : nec à petitione debiti submovetur, nisi inter contrahentes placuerit, ut amissio pignorum liberet debitorem.

PP. idibus aprilis, Fusco et Dextro Coss. 226.

2. *Le même emp. à Victorinus.*

Le créancier qui a possédé un héritage à titre de gage, est obligé de diminuer la dette de la valeur des fruits qu'il a perçus ou qu'il aurait dû percevoir ; mais s'il a causé des dommages au champ, il sera encore obligé en vertu de l'action *pigneratitia*.

Fait le 6 des ides de décemb., sous le quatrième cons. d'Antonin, et le premier d'Alexandre. 223.

3. *Le même empereur à Herméus et à Maximilla.*

Le pacte vulgaire dont vous faites mention, qui porte, que si à une certaine époque on ne vous a pas payé, il vous sera permis de vendre les héritages qui vous ont été donnés en gage ou hypothéqués, ne prive pas le débiteur de l'action *pigneratitia* contre le créancier.

Fait le 12 des cal. de mai, sous le deuxième cons. de Maxime, et le premier d'Elie. 224.

4. *Le même emp. à Dioscorida.*

Si le créancier a perdu sans sa faute l'argent qui lui a été donné en gage, il n'est point forcé de le restituer. Mais s'il est convaincu de l'avoir perdu par sa faute, ou s'il ne prouve pas par des preuves évidentes qu'il l'a perdu, il doit être condamné en faveur du débiteur aux dommages et intérêts.

Fait le 13 des cal. de mai, sous le deuxième cons. de Julien, et le premier de Crispinus. 225.

5. *Le même emp. à Trophima.*

Les accidents qui arrivent fortuitement, et qu'on ne peut prévoir, comme les invasions des voleurs, ne donnent pas lieu à la garantie dans les actions de bonne foi ; c'est pourquoi le créancier n'est pas responsable des gages qui ont péri de cette manière, ni privé de l'action en demande de ce qui lui est dû, à moins qu'il ne fût convenu entre les contractans que la perte des gages libérerait le débiteur.

Fait pendant les ides d'avril, sous le cons. de Fuscus et Dexter. 226.

6. *L'empereur Gordien à Julien.*

Le créancier qui a reçu des fonds ou des maisons en gage ou hypothèques, est forcé de déduire sur la dette la valeur des dommages qu'il a causés dans ces fonds en coupant des arbres qui étaient plantés, ou dans les maisons par des démolitions; s'il a détérioré par dol ou par sa faute ce qui a été engagé de cette manière, il sera aussi tenu, par l'action *pnigneratitia*, de le restituer dans l'état où il était lorsque l'obligation a été contractée. Il n'est point défendu cependant au créancier d'exiger les dépenses nécessaires qu'il a faites au sujet des effets qui lui ont été engagés.

Fait le 13 des cal. d'août, sous le deuxième cons. de l'emp. Gordien, et le premier de Pompéius. 242.

7. *L'emp. Philippe et le César-Philippe à Saturninus.*

Si on ne peut reprocher au créancier aucune faute ni négligence, la perte des gages n'est point à sa charge; mais si la perte des gages est supposée, et si, comme vous l'assurez, ils sont encore en la possession de votre adversaire, vous pouvez exercer votre action contre lui.

Fait le 8 des cal. de mars, Présens et Albinus consuls. 247.

8. *Les emp. Dioclétien et Maximien, et les Césars, à Georgius.*

Il n'est aucun doute que le gage ne demeure dans les biens du débiteur, et que s'il périt, il n'en supporte la perte. Assurant donc que les gages ont été déposés dans les magasins, il résulte, si cependant ces magasins sont des lieux où l'on est dans l'usage de placer ces sortes de choses, que vous avez, d'après le droit immuable, qui porte que ces gages sont aux risques du débiteur, l'action personnelle dans toute son intégrité, pour exiger la dette que ces gages garantissent.

Fait à Milan, le 6 des nones de mai, sous le cons. des mêmes empereurs.

9. *Les mêmes empereurs et Césars à Appollodora.*

Les créanciers ni leurs héritiers ne

6. *Imp. Gordianus A. Juliano.*

Creditor, qui fundos et domos pignori vel hypothecæ accepit, damnum in decidendis arboribus, domibusque destruendis ab eo datum, in rationem debiti deducere cogitur: et si dolo vel culpa rem suppositam deteriore fecerit, eo quoque nomine pigneratitia actione tenebitur, ut talem restituat, qualis fuerat tempore obligationis. Creditor autem necessarios sumptus, quos circa res pigneratitias fecit, exigere non prohibetur.

PP. 13 calend. augusti, Gordiano A. II: et Pompeniano Coss. 242.

7. *Imp. Philippus A. et Philippus Cæs. Saturnino.*

Si nulla culpa seu segnitia creditori imputari potest, pignorum amissorum dispendium ad periculum ejus minimè pertinet. Sanè si simulata amissione, etiamnum eadem pignora, ut adseveras, à parte diversa possidentur: adversus eum experiri potes.

PP. 8 calend. martii, Præsente et Albino Coss. 247.

8. *Imp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Georgio.*

Pignus in bonis debitoris permanere, ideòque ipsi perire, in dubium non venit. Cum igitur adseveras in horreis pignora deposita: consequens est, secundum jus perpetuum pignoribus debitori pereuntibus (si tamen in horreis, quibus et alii solebant publicè uti, res depositæ sint) personalem actionem debiti reposcendi causa integram te habere.

Propositum 6 nonas maii, Mediolani, AA. Coss.

9. *Idem AA. et CC. Appollodoræ.*

Nec creditores, nec qui his successe-

runt , adversus debitores pignori quondam res nexas petentes , reddita jure debiti quantitate , vel his non accipientibus , oblata et consignata , et deposita : longi temporis præscriptione muniri possunt. Unde intelligis , quod si originem rei probare potes , adversario tenente , vindicare dominium debes. Ut autem creditor pignoris defensione se tueri possit , extorqueatur ei necessitas probandi debiti ; vel si tu teneas , per vindicationem pignoris hoc idem inducitur : et tibi non erit difficile , vel solutione , vel oblatione atque solenni depositione pignoris liberatio.

Datum nonis maii , ipsis CC. et Coss.

10. *Idem AA. et CC. Ammiano.*

Pignoris causa res obligatas , soluto debito restitui debere pigneratitiæ actionis natura declarat. Quo jure , si titulo pignoris obligasti mancipia , per eandem actionem uti potes : ne creditor citra conventionem vel præsidalem jussionem debiti causam res debitoris arbitrio suo auferre possit.

Datum 5 calend. januarii , ipsis CC. et Coss.

11. *Idem AA. et CC. Herisco.*

Quominus fructuum quos creditor ex rebus obligatis accepit , habita ratione , ac residuo debito soluto , vel (si per creditorem factum fuerit , quominus solveretur) oblato , et consignato , et deposito pignora , quæ in eadem causa durant , restituat debitori : nullo spatio longi temporis defenditur.

Datum 12 calend. decembris , CC. Coss.

peuvent opposer la prescription de long tems aux débiteurs qui , après avoir payé entièrement la dette , ou après l'avoir affectée à ceux à qui elle était due , et d'après leur refus , l'avoir consignée et déposée , demandent les gages qu'ils avaient donnés en garantie de la dette. C'est pourquoy sachez que si vous pouvez prouver que telle a été l'origine de la possession de votre adversaire , vous devez revendiquer la propriété. De cette manière , pour se défendre de la demande du gage , le créancier sera obligé de prouver la dette ; si c'est vous qui êtes le détenteur de la chose donnée en gage , lui la revendant , il sera de même obligé de prouver la dette ; et alors il ne vous sera pas difficile de délivrer votre gage , en payant la dette , ou en faisant l'offre , et en en déposant solennellement le montant.

Fait pendant les nones de mai , sous le consul. des Césars.

10. *Les mêmes empereurs et Césars à Ammien.*

La nature de l'action *pigneratitia* indique que les choses obligées à titre de gages doivent être restituées aussitôt que le paiement de la dette a eu lieu. C'est pourquoi , si vous avez obligé des esclaves à titre de gage , vous pouvez les demander en vertu de cette action : car le créancier ne peut , sans une convention qui le lui permette , ou sans un ordre du président , s'approprier à sa volonté , pour cause d'une dette , les effets de son débiteur.

Fait le 5 des cal. de janv. , sous le consul. des Césars.

11. *Les mêmes empereurs et Césars à Hérisus.*

La valeur des fruits que le créancier a perçu des choses qu'il a reçues en gage étant déduite de la dette , et le paiement du restant ayant été fait , ou si le créancier n'ayant pas voulu le recevoir , la somme a été offerte , consignée et déposée , les gages qui avaient été donnés en garantie de la dette , doivent être restitués au débiteur , à qui on ne peut opposer aucune prescription de long tems.

Fait le 12 des cal. de décemb., sous le consul. des Césars.

TITRE XXV.

*Des actions institoria et exercitoria.*1. *L'emp. Antonin à Hermétus.*

VOTRE esclave en recevant une somme d'argent en prêt, vous a obligé en vertu de l'action *institoria*, s'il est prouvé qu'en le préposant à quelque fonction ou à quelque commerce, vous lui avez permis de faire cet emprunt. Mais si, cette action n'ayant pas lieu, il est prouvé que l'argent provenant de cet emprunt a été employé pour une chose qui vous appartient, vous serez tenu de le payer, en vertu de l'action réelle qui est donnée sur cette chose.

Fait le 8 des cal. de septemb., sous le cons. des deux Asper. 213.

2. *L'emp. Alexandre à Calliste.*

Quoique les maîtres ne soient obligés par suite des contrats de leurs esclaves que jusqu'à concurrence du pécule, il n'est aucun doute qu'ils ne puissent être cités pour le tout, lorsque les fonds en question ont été employés pour les biens des maîtres, ou lorsque l'esclave qui a contracté est instituteur, et s'est obligé relativement à la partie des affaires à laquelle il avait été préposé.

Fait le 3 des calendes de mai, sous le deuxième cons. de l'emp. Alexandre et le premier de Marcellus. 227.

3. *Le même emp. à Martia.*

Vous avez l'action *institoria* contre celui qui, d'après ce que vous dites, a préposé un esclave à son comptoir, s'il peut être prouvé que la somme a été déposée entre les mains de l'esclave qui exerçait les affaires de son maître, et qu'elle n'a pas été rendue.

Fait pendant les nones de mai, sous le cons. d'Agricola et de Clémentin. 231.

4. *Les emp. Dioclétien et Maximien, et les Césars, à Antigona.*

La femme est obligée par le contrat de

TITULUS XXV.

*De institoria et exercitoria actione.*1. *Imp. Antoninus A. Hermeti.*

SERVUS tuus pecuniam mutuam accipiendo, ita demum te institoria actione obligavit, si cum eum officio alicui vel negotiationi exercendæ præponeres, etiam ut id faceret, ei permissum à te probetur. Quod si hæc actio locum non habeat: si quid in rem tuam versum probabitur, actione in eam rem proposita, cogeris exsolvere.

Proposit. 8 calend. septembris, duobus et Aspris Coss. 213.

2. *Imp. Alexander A. Callisto.*

Ex contractibus servorum, quamvis de peculio duntaxat domini teneantur: de eo tamen quod in rem eorum versum est, vel cum institore ex causa cui præpositus fuit, contractum est: etiam in solidum conveniri posse, dubium non est.

Proposit. 3 calend. maii, Alexandro A. II. et Marcello Coss. 227.

3. *Idem A. Martiæ.*

Institoria tibi adversus eum actio competit, à quo servum mensæ propositum dicis: si ejus negotii causa, quod per eum exercebatur, depositam pecuniam, nec redditam, potest probari.

Propositum nonis maii, Agricola et Clementino Coss. 231.

4. *Imper. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Antigona.*

Et si à muliere magister navi præposi-

tus fuerit : ex contractibus ejus ea exercitoria actione ad similitudinem institoriae tenetur.

Proposit. 13 calend. novembris, CC. Coss.

5. *Idem AA. et CC. Caio.*

Si mutuam pecuniam accipere à te Demetrio Domitianus mandavit, et hoc posse probare confidis : ad exemplum institoriae eundem Domitianum apud competentem judicem potes convenire.

Datum 4 calend. novembris, ipsis CC. et Coss.

6. *Idem AA. et CC. Onesime.*

Qui secutus domini voluntatem, cum servo ipsius habuit contractum, ad instar actionis institoriae rectè insolidum dominum convenit.

Datum 14 calend. decembris, CC. Coss.

TITULUS XXVI.

Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicetur, vel de peculio, sive quod jussu, aut de in rem verso.

1. *Impp. Severus et Antoninus AA. Ælio.*

CUM filiusfamilias tutor aut curator datur : pater tutelæ, vel negotiorum gestor, judicio de peculio et de in rem verso conveniendus est. Quod si voluntate ejus filius decurio sit creatus, et à magistratibus tutor constitutus, pater insolidum satisfacere cogitur : cum id onus exemplo cæterorum munerum civilium introductum intelligatur.

Datum 7 id. novembris, Dextro II. et Prisco Coss. 197.

celui qu'elle a préposé comme maître de son navire, en vertu de l'action *exercitoria*, à l'exemple de celle *institoria*.

Fait le 13 des cal. de novemb., sous le consul. des Césars.

5. *Les mêmes empereurs et Césars à Caïus.*

Si vous croyez pouvoir prouver que Domitien ait chargé Démétrien d'emprunter de vous une certaine somme, vous pouvez assigner devant le juge compétent, à l'exemple de l'action *institoria*, ce même Domitien.

Fait le 4 des cal. de novemb., sous le consul. des Césars.

6. *Les mêmes empereurs et Césars à Onésime.*

Celui qui s'est conformé à la volonté de quelqu'un, quoiqu'il ait contracté avec l'esclave de ce dernier, peut, à l'instar de l'action *institoria*, assigner légitimement le maître pour le tout.

Fait le 14 des calend. de decemb., sous le cons. des Césars.

TITRE XXVI.

Des contrats faits par ceux qui sont sous la puissance d'autrui ; du pécule ; de ce qui a été fait par ordre, et de ce qui a été employé à la chose de celui sous la puissance duquel est le contractant.

1. *Les empereurs Sévère et Antonin à Élius.*

SI un fils de famille a été nommé tuteur ou curateur, celui sous la puissance duquel il est doit être assigné en vertu de l'action de la tutelle ou des affaires gérées, à raison du pécule ou de ce qui a été employé sur ces biens : si ce dernier a consenti à ce que son fils fût fait decurio, et ensuite nommé à une tutelle par les magistrats, il est obligé pour la totalité de la dette ; parce que cette charge est censée avoir été établie à l'exemple des autres charges civiles.

Fait le 7 des ides de novembre, sous le deuxième consul. de Dexter, et le premier de Priscus. 197.

2. *Les mêmes emp. à Annius.*

Il a été déclaré par l'interprétation de l'édit perpétuel, qu'à l'égard de la chose au sujet de laquelle il a été contracté avec un fils de famille, soit que le contrat ait été fait par la volonté de ce dernier, ou par celle de celui sous la puissance duquel il se trouve, soit que la somme qui en est l'objet ait été employée pour le pécule du fils de famille ou pour les biens de son père, s'il s'abstient de l'hérédité de son père, il n'est d'action à ce sujet contre lui qu'à concurrence de ce qu'il lui est possible de payer.

Fait le 8 des cal. de décemb., sous le même consulat. 197.

3. *L'emp. Antonin à Artémon.*

Si ayant prêté à l'esclave de Prisca une somme d'argent, sans que cette dernière vous l'ait mandé ou ordonné, ou sans qu'elle y ait consenti, cette somme a été épuisée en de justes dépenses pour les biens de la maîtresse de l'esclave à qui vous l'avez prêtée, assignez-la pardevant son juge en vertu de l'action *de in rem verso*, et vous obtiendrez, conformément aux lois, ce qui sera prouvé vous être dû.

Fait le 3 des cal. de juillet, Lætus et Céréal consuls. 216.

4. *Le même empereur à Lucius.*

Si ayant reçu, en vertu du contrat de votre père, et par son ordre, une somme à titre de prêt, vous vous abstenez de la succession, vous êtes mal fondé à craindre que vous ne soyez poursuivi par les créanciers.

Fait le 5 des cal. de janvier, Messala et Sabinus consuls. 215.

5. *L'empereur Alexandre à Asclépiade.*

Rien n'empêche que les fils de famille qui, étant majeurs de vingt-cinq ans, se sont rendus fidéjusseurs pour d'autres, ne soient poursuivis en vertu de l'action compétente. Mais si on ne vous actionne que jusqu'à concurrence du pécule, usez des moyens de défenses qui sont en votre pouvoir.

Fait le 6 des ides de décemb., sous le deuxième consul. de Maxime et le premier d'Élien. 224.

2. *Idem ΔΑ. Annio.*

Ejus rei nomine, de qua cum filiofamilias contractum est, sive sua voluntate, sive ejus in cujus potestate fuit, sive in peculium ipsius, sive in rem patris ea pecunia redacta est : si paterna hereditate abstinuit, actionem, nisi in id quod facere possit, non dari, perpetui edicti interpretatione declaratum est.

Proposit. 8 calend. decembris, Dextro II. et Prisco Coss. 197.

3. *Imp. Antoninus A. Artemoni.*

Etiam si non mandante, neque jubente, neque subscribente domina, pecuniam mutuam servo Priscæ dedisti : tamen ea quantitas, si in rem dominæ ejus justis erogationibus versa est, de in rem verso apud suum judicem eam conveni ; consequentur secundum juris formam, id quod tibi deberi apparuerit.

Datum 3 calend. julii, Læto et Cereali Coss. 216.

4. *Idem A. Lucio.*

Si ex contractu patris jussu ejus mutuam pecuniam accepisti, teque ejus hereditate ablines : frustra vereris ne à creditoribus ejus conveniaris.

Datum 5 calend. januarii, Messala et Sabino Coss. 215.

5. *Imp. Alexander A. Asclepiadi.*

Nulla res prohibet filiosfamilias, si pro aliis majores vigintiquinque annis fidejusserint, actione competenti adversus eos teneri. Sed si duntaxat de peculio tecum agatur : defensionibus, si quæ tibi competunt, uteris.

Proposit. 6 id. decembris, Maximo II. et Éliano Coss. 224.

6. *Impp. Valerianus et Gallienus AA. et Valerianus Cæs. Matrono.*

Si servus tuus sine permissu tuo accepta pecunia mutua in usurarum vicem habitandi facultatem creditori concessit : nullo jure adversarius tuus hospitium ex hac causa sibi vindicat, cum te servi factum non obligaverit : et ingrediens rem tuam, contra vim ejus auctoritate competentis judicis protegeris.

Datum 12 calend. julii Æmiliano et Basso Coss. 260.

7. *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Crescenti.*

Ei qui servo alieno dat pecuniam mutuatam, quandiu superest servus, item post mortem ejus intra annum, de peculio in dominum competere actionem : vel si in rem domini versa sit hæc quantitas, post annum etiam esse honorariam actionem, non est ambigui juris. Quapropter si quidem in rem domini pecunia versa est : heredes ejus convenire potes de ea summa, quæ in rem ipsius processit. Si verò hoc probari non potuerit : consequens est, ut superstiti quidem servo, dominum de peculio convenias : vel si jam servus rebus humanis exemptus est, vel distractus, seu manumissus, nec annus excessit : de peculio quondam adversus eum experiri possis.

§ 1. Alioquin si cum libero res ejus agente, cujus precibus meministi, contractum habuisti, et ejus personam elegisti : pervides contra dominum nullam te habuisse actionem, nisi vel in rem ejus pecunia processit, vel hunc contractum ratum habuit.

Datum non. aprilis, Byzantii, AA. Coss.

8. *Idem AA. et CC. Diogeni.*
Si mandator pro filio tuo extitisti, vel jussu

6. *Les emper. Valérien et Gallien, et le César-Valérien, à Matrono.*

Si votre esclave ayant reçu sans votre permission une somme d'argent à titre de prêt, a accordé à son créancier, en place des intérêts de la somme, un droit d'habitation, votre adversaire ne peut aucunement revendiquer à ce titre le droit d'habitation, parce que vous n'êtes point obligé par le fait de votre esclave. C'est pourquoi s'il entre dans votre maison, vous pourrez vous garantir de cette violence par l'autorité du juge compétent.

Fait le 12 des cal. de juillet, Emilien et Bossus consuls. 260.

7. *Les emper. Dioclétien et Maximien, et les Césars, à Crescent.*

C'est un droit non douteux que celui qui a prêté une somme d'argent à l'esclave d'autrui, tant que cet esclave est vivant et pendant l'année qui suit sa mort, une action contre le maître sur le pécule de l'esclave, et que si la somme en question a été employée pour la chose du maître, il a même après l'année qui suit la mort de l'esclave l'action honoraire contre le maître. C'est pourquoi si cette somme a été employée pour la chose du maître, vous pouvez assigner ses héritiers pour la somme qui a été employée pour ses biens. Mais si cela ne peut être prouvé, il convient, si l'esclave est encore vivant, que vous citiez le maître à raison du pécule ; mais si l'esclave est mort ou aliéné ou affranchi, vous pouvez, s'il ne s'est pas écoulé depuis une année, assigner à raison du pécule celui qui le possède.

§ 1. Mais si ayant contracté avec un homme libre qui faisait les affaires de celui dont vous parlez dans votre requête, vous l'avez choisi pour votre débiteur, sachez que vous n'avez aucune action contre le maître, à moins que la somme dont il s'agit n'ait été employée pour sa chose, ou qu'il n'ait ratifié le contrat.

Fait à Bisance pendant les nones d'avril, sous le consul. des empereurs.

8. *Les mêmes emp. et Césars à Diogène.*
Si par votre mandat vous avez chargé quelqu'un

quelqu'un de contracter avec votre fils, ou si par votre ordre il a été contracté avec votre fils, que vous aviez alors en votre puissance, sachez que si vous vous êtes obligé pour le principal et les intérêts, vous êtes forcé d'y satisfaire, afin que les choses qui ont été données en gage puissent être délivrées. Si vous vous êtes rendu fidéjusseur de la somme prêtée, il est d'un droit éprouvé que vous en êtes tenu.

Fait le 3 des cal. de mai, sous le cons. des Césars.

9. *Les mêmes emp. et Césars à Isidore.*

Si vous êtes débiteur en vertu d'un contrat qui n'a pas pour objet un prêt illicite, ou si vous vous êtes rendu fidéjusseur pour votre père, vous êtes légitimement tenu de la dette, soit que vous soyez sous la puissance de votre père, ou que vous en ayez été délivré par sa mort. Si vous êtes héritier de votre père, vous êtes tenu de la totalité de la dette; dans le cas contraire, vous n'êtes tenu que jusqu'à concurrence de vos moyens, d'après l'édit perpétuel. Vous devez savoir de même, que si vous avez été délivré de la puissance paternelle par l'émancipation, vous pouvez également être assigné à ce sujet.

Fait à Bisance, le 6 des ides d'av., sous le consul. des Césars.

10. *Les mêmes empereurs et Césars à Diogène et à Aphrodisius.*

Si des esclaves qui avaient la libre administration de leur pécule, ont vendu les jumens qui en faisaient partie avec leurs poulains, le maître ne peut en aucune manière révoquer le contrat. Mais si ces esclaves, n'ayant pas la libre administration de leur pécule, ont aliéné à l'insu du maître les choses qui lui appartenaient, ils n'ont pu par cette vente transférer à un autre le domaine de ces choses qu'ils n'avaient pas eux-mêmes. Les acheteurs connaissant la condition servile de leurs vendeurs, ne peuvent non plus se prévaloir d'un juste commencement de possession : c'est pourquoi c'est avec raison qu'il est incontestable que de tels acheteurs ne peuvent invoquer

Tome II.

jussu tuo cum eo, quem in potestate tunc habuisti, contractum est : intelligis et sorti et usuris te parere oportere, si te his omnibus obligasti : ut res quæ pignoris jure detinentur, liberari possint. Quòd si fidejussor creditæ pecuniæ intercessisti : teneri te ex ea obligatione, explorati juris est.

Datum 3 calend. maii, CC. Coss.

9. *Idem AA. et CC. Isidoro.*

Si ex alio contractu, non ex illicita mutui datione debitor extitisti, vel quod patrem tuum in fidem suscepisti : tam in patris positus potestate jure teneris, quam etiam morte genitoris tui juris effectus. Et si quidem patri heres extitisti, in solidum : alioquin, in quantum facere potes secundum edicti formam. Sed et si per emancipationem tui juris effectus es : similiter conveniri te posse, debes intelligere.

Datum 6 idus aprilis, Byzantii, CC. Coss.

10. *Idem AA. et CC. Diogeni et Aphrodisio.*

Si liberam peculii administrationem habentes, equas de peculio cum fœtu servi vendiderunt : reprobandi contractum dominus nullam habet facultatem. Quòd si non habentes liberam peculii administrationem, rem dominicam eo ignorante detraxerunt : neque dominium, quod non habent, in alium transferre possunt : neque conditionem eorum servilem scientibus emptoribus possessionis justum afferunt initium. Unde non immeritò, ne longi temporis præscriptionem hujusmodi possessoribus prodesse manifestum est : ideòque res mobiles ementes à servo, etiam furti actione tenentur.

Datum 5 non. octobris, CC. Coss.

en leur faveur la prescription de long tems. C'est par ce motif que ceux qui ont acheté une chose mobilière d'un esclave, en sont tenus par l'action du vol.

Fait le 15 des nones d'octobre, sous le consul. des Césars.

11. *Idem AA. et CC. Attalo.*

Cum ancilla contrahenti (quam jure non obligari posse constat) adversus dominum, in quantum locupletius ejus peculium factum est, ea superstita; ac post mortem ejus, intra utilem annum dandam actionem non ambigitur.

Datum pridie calend. decembris, CC. Coss.

12. *Idem AA. et CC. Victori.*

Dominum per servum obligari non posse, ac tantum de peculio, deducto scilicet quod naturaliter servus domino debet, ejus creditoribus dari actionem: vel si quid in rem ejus versum probetur, de in rem verso, edicto perpetuo declaratur.

Datum 13 calend. februarii, CC. Coss.

11. *Les mêmes emp. et Césars à Attalus.*

Il n'est point douteux que celui qui a contracté avec une esclave qui ne peut être obligée par les contrats, n'ait une action contre son maître jusqu'à concurrence du pécule, si l'esclave vit encore; il pourra de même user de cette action pendant l'année qui suivra sa mort.

Fait la veille des cal. de décembre, sous le consul. des Césars.

12. *Les mêmes emp. et Césars à Victor.*

Il a été statué par l'édit perpétuel, que le maître ne pouvait être obligé par son esclave, et que les créanciers de ce dernier n'auraient d'action que sur le pécule, après en avoir déduit ce que l'esclave doit naturellement à son maître; ou que s'il était prouvé que l'objet de l'obligation a été employé dans la chose du maître, ils auraient l'action *de in rem verso*.

Fait le 13 des cal. de février, sous le consul. des Césars.

13. *Imp. Honorius et Theodosius AA. Joanni praefecto praetorio.*

Dominos ita constringi manifestum est actione praetoria, quae appellatur *Quod jussu*, si certam numerari praeceperint servo actorive pecuniam. Igitur hac in perpetuum edictali lege sancimus, ut qui servo, colono, conductori, procuratori, actorive possessionis, pecuniam mutuam, dat: sciat dominos possessionum cultoresve terrarum obligari non posse. Neque familiares epistolas, quibus homines plerunque commendant absentem, in id trahere convenit ut pecuniam quam rogatus non fuerat, impendisse pro praediis mentialur: cum nisi specialiter ut pecuniam praestet, a domino fuerit postulatus, idem dominus teneri non possit: creditaque quantitate mulctari volumus credito-

13. *Les emp. Honorius et Théodose à Jean, préfet du prétoire.*

Il est certain que les maîtres sont obligés par l'action prétorienne appelée *quod jussu*, s'ils ont ordonné qu'on comptât à leur esclave ou à leur agent une certaine somme. C'est pourquoi nous ordonnons par cette loi *édictale*, que celui qui prête de l'argent à un esclave, à un colon, à un fermier, à un procureur ou à un agent attachés à une propriété, sache que les maîtres ou les cultivateurs de cette propriété ne peuvent en être tenu, et qu'il ne convient pas que des lettres familiales, par lesquelles il arrive souvent qu'on recommande un absent, puissent servir de motifs pour supposer qu'une somme d'argent qui n'a point été demandée ait été dépensée pour l'utilité

des fonds : car le maître ne peut être tenu que de l'argent qu'il a demandé spécialement qu'on fournit. Nous voulons que ceux qui, sans l'ordre du maître et sans avoir exigé spécialement des fidejusseurs, ont prêté de l'argent à ces sortes de personnes, soient condamnés à la perte de leur argent. Nous permettons cependant au créancier, si l'agent, l'esclave ou le procureur attachés aux fonds, et auxquels il peut avoir prêté, ne doivent rien au maître à raison de leur gestion, d'user de l'action utile du pécule.

Fait à Ravenne, le 5 des ides de juillet, sous le dixième cons. de l'emp. Honorius, et le sixième de l'emp. Théodose. 415.

TITRE XXVII.

Par quelles personnes nous pouvons acquérir.

1. *Les emp. Dioclétien et Maximien à Marcella.*

IL est d'un droit indubitable qu'une personne libre qui n'est point soumise à la puissance d'autrui, ne peut rien nous acquérir, excepté la cause de la possession. C'est pourquoi si un procureur a fait un pacte non en son nom, mais en celui de la personne dont il administre les affaires, par lequel il s'est réservé dans un certain cas la revendication de la chose vendue, et y a ajouté la stipulation, un pacte de cette sorte n'acquiert aucune obligation au maître. Les choses qui ont été livrées par la tradition à des esclaves, sont acquises à leurs maîtres.

Fait pendant les cal. de juillet, sous le cons. des mêmes empereurs.

2. *L'empereur Justinien à Julien, préfet du prétoire.*

Une somme d'argent ayant été comptée par une personne libre au nom d'une autre, par cette numération, la condition est acquise à la personne au nom de laquelle la somme a été prêtée; cependant l'hypothèque ou les gages qui ont été

res, si hujusmodi personis non jubente domino, nec fidejussoribus specialiter acceptis, fuerit credita pecunia. Sanè creditori damus licentiam, ut si liber à rationibus quas gerebat, fuerit inventus actor, servus, procuratorve prædiorum: utilis actio pateat de peculio.

Datum 5 id. julii, Ravennæ, Honorio X et Theodosio VI. AA. Coss. 415.

TITULUS XXVII.

Per quas personas nobis acquiratur.

1. *Imp. Diocletianus et Maximianus AA. Marcellæ.*

EXCEPTA possessionis causa, per liberam personam, quæ alterius juri non est subdita, nihil acquiri posse, indubitati juris est. Si igitur procurator non sibi, sed ei cujus negotia administrabat, redintegratæ rei vindicationem pactus est, idque pactum etiam stipulatio insecuta est: nulla domino obligatio acquisita est. Servis autem res traditæ, dominis acquiruntur.

Datum calend. julii, ipsis et Coss.

2. *Imp. Justinianus A. Juliano præfecto pratorio.*

Cum per liberam personam, si pecunia alterius nomine fuerit numerata, acquiratur quidem ei cujus nomine pecunia credita est, per hujusmodi numerationem conditio: non autem hypotheca, vel pignus eorum, quæ procuratori data vel

supposita sunt, dominis contractus acquiratur : talem differentiam expellentes, sancimus et condictionem, et hypothecariam actionem, vel pignus, ipso jure et sine aliqua cessione ad dominum contractus pervenire. Si enim procuratori necessitas legibus imposita est, domino contractus cedere actionem : quare quemadmodum ab initio in personali actione cessio supervacua videbatur, non etiam in pignoribus et hypothecis simili modo dominus contractus habeat hypothecariam actionem, seu pignoris vinculum, vel retentionem sibi acquisitam?

Datum calend. novembris, Lampadio et Oreste vv. cc. Coss. 530.

donnés au procureur, ne sont point acquis aux maîtres du contrat. Nous, voulant détruire cette différence, nous ordonnons que la condiction et l'action hypothécaire ou du gage, soient acquises de droit et sans le secours d'aucune cession au maître du contrat : car si, d'après les lois, le procureur est forcé de céder l'action au maître du contrat, pourquoi la cession de cette action personnelle paraissant inutile dans le commencement, le maître du contrat n'acquerrait-il pas également à l'égard des gages et des hypothèques l'action hypothécaire, le gage ou le droit de le retenir?

Fait pendant les cal. de novembre, sous le cons. de Lampadius et d'Oreste. 530.

3. *Idem A. Juliano præfecto prætorio.*

Si duo vel plures communem servum habeant, et unus ex his jusserit, ut suo nomine servus ab aliquo stipuletur, decem putà aureos, vel aliam rem : ipse autem servus non ejus qui jussit, sed alterius ex dominis suis fecit mentionem, et nomine illius stipulatus est : inter antiquam sapientiam quærebatur, cui acquiratur actio vel lucrum, quod ex hac causa accidit ; utrùm ei qui jussit, an ei cujus servus fecit mentionem, an ambobus ? Cùmque ex omni latere magna pars auctorum multum effuderit tractatum : nobis verior eorum sententia videtur, qui domino qui jussit, afferunt stipulationem, et ei tantummodò acquiri dixerunt : quàm aliorum, qui in alias opiniones deferuntur. Neque enim malignitati servorum indulgendum est, ut liceat eis domini jussione contempta, sua libidine facere stipulationem, et ad alium dominum, qui eum forsitan corrumpit, alienum lucrum transferre. Quod neque ferendum est, si servus impius domino quidem, qui jussit, minimè obediendum existimaverit : alii autem, qui forsitan ignorat et nescit, repentinum adducat solitium. Quod enim sæpè apud antiquos dicebatur, jussionem domini non esse absimilem nominationi : tunc debet obtinere, cùm servus jussus ab uno ex do-

3. *Le même empereur à Julien, préfet du prætoire.*

Si deux ou plusieurs autres personnes ayant un esclave en commun et l'un de ces maîtres ayant ordonné à l'esclave de stipuler en son nom quelque chose, par exemple dix pièces d'or, ou quelque autre chose, l'esclave à qui il a été ordonné de stipuler a fait mention non de celui qui le lui a ordonné, mais d'un autre de ses maîtres, et a stipulé au nom de ce dernier ; les anciens jurisconsultes demandaient à qui l'action ou le gain qui résultaient de cette stipulation étaient acquis ; s'ils appartenàient à celui qui avait ordonné la stipulation, ou à celui dont l'esclave avait fait mention, ou enfin à tous les deux ? Ces trois opinions étaient soutenues par un égal nombre d'auteurs ; quant à nous, l'opinion de ceux qui accordent la stipulation à celui qui a ordonné qu'elle fût faite et qui disent qu'elle n'est acquise qu'à lui seul, nous paraît plus vraie que celle des autres qui professent d'autres sentimens. Car on ne doit point tolérer la méchanceté des esclaves qui, méprisant les ordres de leur maître, font la stipulation comme il leur plaît et transfèrent à l'un de leurs maîtres qui peut-être l'a corrompu, le profit qui appartient à l'autre. On ne doit point supporter qu'un esclave impie se permette

de ne point obéir aux ordres de son maître, et rapporte à un autre, qui peut-être ignore l'affaire dont il s'agit, un profit inattendu. Quant à cette opinion qu'on trouve chez les anciens, que l'ordre du maître ne diffère point de la nomination, elle doit être suivie lorsque l'esclave ayant reçu l'ordre de l'un de ses maîtres de faire la stipulation, l'a faite sans nommer personne : car dans ce cas, il n'acquiert qu'à celui-là seul qui l'a commandé. S'il a fait mention d'un autre de ses maîtres, il faut que l'acquisition n'appartienne qu'à ce dernier : car il convient que la mention du maître ait beaucoup plus de valeur que son ordre.

Fait le 13 des cal. de décembre, sous le cons. de Lampadius et d'Oreste. 530.

TITRE XXVIII.

*Du sénatus-consulte Macédonien.*1. *L'empereur Ælius-Pertinax à Atilius.*

SI vous pouvez prouver par de justes raisons, que vous avez ajouté foi à l'assertion du fils de famille à qui vous avez prêté de l'argent, et qui pour l'obtenir s'est donné pour père de famille, quoiqu'il fût sous la puissance de son père, l'exception lui sera refusée.

Fait le 10 des cal. d'avril, Falcon et Clarus consuls. 194.

2. *Les empereurs Sévère et Antonin à Sophia.*

Si Zénodore passant publiquement pour être *sui juris*, a contracté conformément à la volonté de son père, ou a reçu une somme pour employer à une dépense à la charge de son père, et devenu ensuite *sui juris*, il a, par une novation ou tout autre moyen, reconnu la dette, il n'y a pas lieu au sénatus-consulte Macédonien.

Fait le 5 des cal. de mars, Saturninus et Gallus consuls. 199.

3. *Le mêmes empereurs à Macrinus.*

Si un fils de famille achetant quel-

minis stipulationem facere, sine nomine stipulatus est. Tunc etenim ei soli acquirit, qui jussit. Sin autem expresserit alium dominum : soli illi necesse est acquisitionem celebrari : multò enim amplius oportet valere dominici nominis mentionem, quàm herilem jussionem.

Datum 15 calend. decembris, Lampadio et Oreste VV. CC. Coss. 530.

TITULUS XXVIII.

*Ad senatusconsultum Macedonianum.*1. *Imp. Ælius Pertinax à Atilio.*

SI filiusfamilias cùm in potestate patris esset, mutuam à te pecuniam accepit, cùm se patremfamilias diceret, ejusque affirmationi credidisse te justa ratione edocere potes : exceptio ei denegabitur.

Propositum 10 calend. aprilis, Falcone Claro Coss. 194.

2. *Imp. Severus et Antoninus à Sophia.*

Zenodorus si cùm sui juris esse publicè videretur, aut patris voluntate contraxit, aut in eam rem pecuniam accepit, quæ patris oneribus incumberet, vel suæ potestatis constitutis novatione facta fidem suam obligavit, vel aliàs agnovit debitum : non esse locum decreto amplissimi ordinis rationis est.

Proposit. 5 calend. martii, Saturnius et Gallo Coss. 199.

3. *Idem à Macrinus.*

Si filiusfamilias aliquid mercatus, pre-

